


Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Corfinius ... Ad Exequialia iusta ... Dn. Danieli Michaeli ... Hoc die XXIX. Decembr. paratura est Vidua relecta moestißima, Omnes & singulos Universitatis Cives studiose & sedulo invitat : [P.P. sub Sigillo Universitatis 29. Decembr. Anno 1652.]


Rostochii: Kilius, 1652


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756286891>

Druck Freier  Zugang



Vol. 241. (3.) <SON>





41 288
PROGRAMMA
^{Quo}
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES CORFINIUS,
SS. Theol. D. Moraliū Professor,
& Pastor D. Mar.

Ad
Exequialia iusta

Quae
VIRO Plurimum-Reverendo, & Excellen-
sissimo,

DN. DANIELI
MICHAELI,

S. S. Th. Doctori, ejusdemq; Professori
Clarissimo, Marito suo deside-
ratissimo,

*Hoc die XXIX. Decembr. paratura est Vidua
relictæ maestissima.*

Omnes & singulos Universitatis Cives studiose
& sedulo invitat.

✽(**)✽

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC, LII,

Non supervacaneum existimabitur de
vitâ rebusq; gestis insignium & virtute cla-
rissimorum Virorum aliqua commemorare,
& famam non morituris mandare literis, ut
alij eorum laude & studio virtutum indefe-
so veluti Miltiadis Trophæo excitentur, & universi præ-
terea ad communē invitentur planctum, cum tantorum ho-
minum obitu clades imminet regioni & incolis certissi-
ma Cum nece immaturâ *Jonathan* gentis Israëliticæ Dux
Incomparabilis in publico cecidisset prælio, non passus est
David tanti Herois memoriam obliterari, sed lessum indi-
xit publicum, ut Filix Zionis cæsum plangerent heroa, in-
juvenili flore ætatis avocatum. *Nobilissimi Israelitarum cæsi
sunt, & inter necioni dati Duces, In prælio robusti occisi sunt,
Doleo cladem tuam junctissime Frater Jonathan.* Universitas
nostra si vocibus conceptum exprimere valeret dolorem,
utiq; obiteratas lamentaretur clades, & instar Davidis im-
pensè lageret Promachorum suorum in militante hac Ec-
clesiâ celebrium, & optimè merentium obitum; Ne quin-
quennium quidem dilapsum est, ex quo tempore triplici
vibice se concussam esse conqueretur, & Theologorum ex
orbe avocatorum necem planget. Viros etenim excellen-
tissimæ famæ, & reverendæ dignationis, *Dn. D. JOHAN-
NEM QU. STORPIUM, & Dn. D. JOHANNEM COTHMAN-
NUM,* Theologos celeberrimos amisit, Quos nunc quidem
subsequitur non absq; luctu Patrum Academicorum, & Stu-
diose Juventutis, Vir Reverendus plurimum, & Excellen-
tissimus *Dn. DANIEL MICHAEL, Theologia Doct. & Prof.
praclarus,* cujus obitus immaturus eò frequentiori deplo-
randus erit planctu. quò vigor & flos virilis ætatis fra-
grantior adhuc existit; Vix trigessimum unumq; vivendo
absolvit annum, cum nihilominus in breviori illo annorum
de-

defluxu tantos exantlaverit labores, tam crebros, & concatenato studio expeditos, ut sæpius inter litteratos sexagenarij reperiantur, qui ejusmodi per omnem ætatem non abfolverunt; utinam verò quam summâ fedulitate, & ingenij dexteritate accuratiorem sibi acquifiverat rerum Theologicarum cognitionem, in sinum Ecclesiæ militantis per plurima deinceps lustra transfundere potuiffet ! Sed divinæ atq; humanæ viæ toto distant cœlo, cujus ἀνεξιχνίαστος ὁδὸς mirari decet, non rimari. Sic Numini perplacuit Virum hunc publico Ecclesiæ & Juventutis emolumento velificantem ocysus ex impetuosa mundi charybdi avocare, priusquam periculosiore experiretur scyllam. Ast habet omninò Universitas nostra ut iterata Theologorum deplorat funera, cum horum obitu jacturam passa sit non mediocrem. In prælio sicubi Promachi cædantur, & Toparchæ, Viri unici clades luctum sæpissimè ciet copiosiore, ac si mille alij fuiffent prostrati, idem de militante censendum erit Ecclesiâ, & Toparchis spiritualibus. Pugna in Ecclesiæ coetu perpetua est, neq; Stygius duntaxat Draco omne suum evomit virus adversus Caput, sed contra membra quoq; militantiæ exferit robur, & in hac postrema mundi colluviè inprimis ira illius ebullit, furitq; truculentissimè, cum exactè noverit, tempus superesse brevissimum furori explendo destinatum; præsertim v. per glaucomata heterodoxiæ incautas irretire & in vada errorum abripere satagit mentes: Huic doloso furori Promachos Theologos divinâ benignitate opponi certum est, quos cum sustolli cernim⁹, utiq; horum strages publico cedit detrimento, & dolore communi erit deploranda, cum isti cadant, qui masculè infernalis antesignani satellites hæresiarchas propellere, & virus heterodoxiæ instar gangrænæ serpentis elicere valuerunt, atq; ora obturare obloquentium. Pastorum vigilan-



tiam fidemq; ovium gregi simulac demi audimus, pericu-
la adesse ovibus præsentissima, ut prædæ lupi rabidi expo-
nantur, extra dubitationis aleam positum est, neq; pericu-
lum fuerit minus, si quis fidelissimis subinde Theologis O-
vile Christi orbari deprehendat, pastorum namq; vices il-
li suppleat, qui Ovium Christi curam gerunt, & ne luporum
calliditati & truculentia oberrantes committantur fervide
decertant, atq; pro aris digladiantur. Veruntamen cum
μίσθας ποιμῆν sit noster Jesus, ipse emittet nihilominus mini-
stros, qui lupos ad caulas ululantes & ovib⁹ insidiantes abi-
gant; Supremus fundi spiritualis & Vineæ Inspector est,
quocirca agricolas subinde ablegabit, qui lappas tribulosq;
in agro enascentes evellant, ne bono noxam afferant triti-
co, & qui vulpeculas vineam suffodientes, aprosq; eandem
vastare annitentes repellant. Navicula Ecclesiæ præfidijs
externis non gaudet, destituitur fundamine externo, & dia-
boli rictum atq; gehennæ hiatū infernè habet, tecto quoq;
caret externo, cum qui illam protegere debebant, sæpius
oppugnent eandem masculè; veruntamen nauclerus ipse
Jesus est, qui piratarum violentiam & insidias retundet, ne
depravatarum opinionum aqua submergant naviculan.
Tanta scilicet nostri est benignitas Servatoris, ut nunquam
sit admissurus, ut genuinis suis sectatoribus pro tritico lo-
lia & pro herbis salutiferis meræ obtrudantur colocynti-
des, unde animarum subsequatur detrimentum.

Cum verò ipso iubente Spiritu Justorum memoria
perpetuò efflorescere debeat, illorum præprimis, qui præ
cæteris doctrinae & eruditionis thesauro inclaruerunt, ali-
osq; feliciter informarunt, ut famæ immortalitas concilie-
tur Viris optimè meritis; nostrum quoq; erit *Excellentissi-
mi nostri Collegæ & Compatriæ conjunctissimi, Professoris de Jurven-
tute Studiosa egregiè merenti* memoriam silentio nunquam
obau-

240
obnubilare: Virtus equidem Ipsius jam sibi met immorta-
litate fanum erexit, & divulgatae Dissertationes Theolo-
gicae satis eruditae, quamvis pauciores (prolixiorum verò in
pluteo suo Lucubrationum accuratissimarum & eruditissi-
marum asservabat thesaurum, quem ut publicae communicare
luci potuisset, optandum foret) de ipsius eruditione testa-
buntur: Attamen quibus in lucem editus fuerit Parentibus, &
quo educatus studio, recensere fas erit. Parentem laudavit
Virum Plurimum Reverendum & Excellentissimum,
Dn. M. DANIELEM MICHAELEM, Dioecesium Gü-
strovienfis, & Rostochiensis Superintendentem fidelitatis
& vigilantiae laudem maxime Conspicuum, Virum de Eccle-
sia Christi praecclare meritum, & defaetatae Theologiae Af-
fessorem Eximium, Consistorij quoque Ducalis Affessorem
gravissimum, cujus Viri famam virtutemque Güstrovienfis
Ecclesia nunquam occultabit. Genitricem habuit Foem-
nam Castimoniã & optimè-morata Virtute Insignem, MARGARETHAM Schirmeisters. Avus Paternus fuit Vir Hone-
stissimus, HENRICUS MICHAEL, Anclamensis Ecclesiae
Aedituus, à quo cum egregij generati sint surculi, si Filium
Nepotemque respiciamus, exinde constat evidenter, nemini
virtutis viam esse praecclusam, licet obscuris sit genitus Ma-
joribus, sed universis patere honoris templum, omnibusque
licitum esse ad gradum dignitatis pertingere, dummodo ad
litteraturam animum mature & dextre applicent. Avia e-
rat Matriona pietate laudatissima LUCIA Vandefins. Ma-
ternum denique habuit Avum Spectatissimum & sinceræ exi-
stimationis Virum JOHANNEM Schirmeister/ Illustrissimi
& Celsissimi Principis & Domini, Dn. UDALRICI, Ducis
Meklenburgici, &c. &c. Secretarium & Quaestorem fide-
lissimum, Oeconomum insuper industrium, & Aviam Ma-
ternam MARGARETHAM Schüßen/ Ornatissimã Foem-
m-

miniam, ex vetustissimâ Schüttiorū familiâ oriundam. His Parentibus natus est Anno 1621. die 8. Junij & paulò deinceps sancto Regenerationis ablatus Lavacro; postea verò ab ipsis ungviculis laudatissimâ Parentis educatus fuit. industriâ, quâ enim præditus erat Parens prudentiâ & iudicio accuratissimo facile perspiciebat. nihil esse præmittendum, quod ad informandum Filium, eumq; unicum pertineret, quocirca operâ impendebat seriam, ut Artes Instrumentales, & Lingvâ Latinâ Græcâq; (cujus notitiâ exactiorē anno etiam decimo quarto ætatis hauserat) examusim addisceret. Utinam hanc plures æmulerentur sedulitatem Parentes, & educationis exactiorem, minorem, verò accumulandi thesauri haberent rationem! Ab *Aristippo* quondam derisus est Vir lucelli cupidissimus, qui *rogans quantum instruendi gratiâ filij mercedem postularet, illo mille drachmas postulante, inculit, Atqui servum mille drachmis comparare possum, Cui Aristippus, Duos itaq; servos habebis, illum quem mercaberis, & filium*: Omnino expendere debebant Parentes, se non saltim natos sed quoq; probè educatos, & optimè informatos Filios Patriæ debere; solet muniri ab aprorum incursum vinea, solent apum alyeoli, ne bufones, lacertæ, aliq; id genus animalcula nocua damnum favis dent, à terrâ altius erigi, quanto autem mājor juventutis habenda erit ratio? Haudquaquam ergò infrugifera fuit Parentis laudatissimi sedulitas, qui filij animum velut fundum præstantissimum excolere voluit. Prima eruditionis tyrocinia, pietatisq; rudimēta, cum in paterno hausisset domicilio, deinceps Scholæ Patriæ Informatoribus concredebatur; posthæc Anno 1633. ob luesm pestilentem Güstrovij grassantem Wisnariam transmittebatur, ut in florentissimo Ludo Litterario Wisnariensi sub ductu Clarissimi Viri, *Dn. M. JEREMIE NIGRINI*, isto tempore Scholæ Gubernatoris, litteraturæ poli-

291

politioris studio animum excoleret. Anno 1640. suafu confilioq; Parentis ad nostram concessit Universitatem, & sese Cultorem Studij Philologici atq; Theologici strenuum abundantissime comprobavit. Biennio autem exacto Regiomontum appulit Anno 1642. & gnaviter pro more suo litteris invigilavit, ut Anno ætatis vigesimo secundo non sine applausu Professorum impetraret Philosophicum Magisterij honorem. In Theologia quoq; specimen edidit illustre, Dissertationem ex loco Esai. c. 9. v. 6. & 7. Judaizantibus oppositam publicitus proponendo, & defendendo, unde Viris Excellentissimis, & Aomodum Reverendis Dn. D. MISLENTÆ, Dn. D. POUCHENIO, & Dn. D. CALOVIO, Celeberrimis Theologis (quos sumã quoq; sedulitate docentes audivit) acceptissimus erat. Quamvis in Regiomontana lubentissime aliquantisper substitisset Universitate, Parentis tamen aliter svadentis nutui obtemperandum duxit, quocirca redux per aliquod tempus Parenti affuit, sed paulo post ad nostram regressus est Academiam, habitisq; publicis Disputationibus Philologicis, itidemq; Philosophicis Collegijs apertis diligentiam & eruditionem omnibus satis superq; probavit. Exteras quoq; invisere Academies consultum fore ratus Gryphiswaldiam primitus lustravit, dehinc Hafniensem in Danorum Regno Universitatem Belgium quoq; ceu florentissimum Litterarum habitaculum salutavit, & in Academia Leideni aliquandiu commoratus est, & quæ in Batavorum Urbibus celebratissimis Academijs quoq; illustrioribus visu & notatu dignissima erant, enucleate observavit. Reduci facto tandem Illustrissimus, Celestissimusq; Prnceps ac Dn. Dn. ADOLPHUS FRIDERICUS, Dux Mecklenburgicus, &c Dn. noster Indulgentissimus Professionem Theologicam clementissime obtulit, quam spartam amplissimam Anno 1649. die 9. Octob publice suscepit, & egregie ac laudabiliter ornavit. Anno subsequente die XIV. Maij, cum in Examine Privato, & insuper Inaugurali Disputationis actu, omnibus Auditoribus præclaram Theologiæ cognitionem, in primis Venerandæ Facultati Theologicæ declarasset, supremo in Theologia Doctoris Gradu decorabatur; quo ipso die divinã sic gubernante providentiã foedere connubiali jungebatur Fœminæ Lectissimæ, à Pietate & morum ornatu Commendarissimæ AGNETÆ Eggebrechts / Viri Prudentissimi & Spectatissimi Dn. NICOLAI Geismers / Senatoris Rostochensis Reipublicæ laudatissimi Viduæ, nunc alterã vice Viduarum absinthium, avocato Maritõ hoc desideratissimo, degustanti, (cujus mœrorem conceptũ planctumq; sedet suo levamine Consolator Maximus) Cum qua vixit pacate pie,

cepiè, fraviter, sed breviffimè. Vitæ quod concernit tractum, pietatis, sobrietatis, atq; comitatis perquam amans fuit, moleftias creavit nulli, fuis die nocteq; adhærebat Autoribus facris, fcriptisq; evolvendis, & *Zenonis* confilium acceptum observabat, Nominis celebritatem & immortalitatem obtineri poffe, fi mortuis concolor fieret, Corporis imbecillitatibus frequentiffimè fuit vexatus, & phtifeos inprimis femina evidentia ex studio nimio & indefinenti contraxit, unde obtigit, ut tandem quod diu antehac in attenuato & valetudine nimium fracto corpusculo minatus erat, expatrarit, cum non pridem è vitæ ratione avocatus fit. Non in præteritis duntaxat annis sed hoc ipfo nunc decurrente Collegia aperuit Theologica, ast non medio-crem fanitatis jacturam inde perpeffus est, quod vires omnes studio, & labori exantlando impenderet, quas antehac fatis attenuatas habebat, & diarrhœa maximopere debilitatas. Morbi violentiam ingravescentem cum animadverteret, suo JESU solide se committebat, & præmissa prævaricationum confessione devota, onereq; delictorum seposito, S.S. Synaxi animam confortabat, qua cum frueretur, emigrandi desiderium evidenter explicabat, mundanorum inquinamentorum pertæsus, & inter reliqua præclaram animi aperiebat fiduciam, *Se pectori Salvatorem suum arctiffimè ad extremum vitæ halitum infixurum esse.* Deniq; in agone constitutus summâ & laudatiffimâ tolerantia extremos perferèbat dolores, sententiasq; ex Codice sacro depromptas sedulo & fervide hauriebat, atq; die XXII. Decembr. hora X. matutinâ Etatis Anno trigefimo primo placidiffimè in JESU Salvatore exspirabat. Ita Macarites noster fidei speiq; plenus obiit, & terram cœlo mutavit, quod summâ antehac curâ & studio indefeffo expetiit.


Cum nostro autem luctu fata revocare nunquam liceat, obsequium DEO præstandum exigit, ut quæ mutare nostræ facultatis non erit, æquiffimâ mente perferamus, Academiæ interim nostræ salutem DEO serio committamus.


Exequias Viri Excellentiffimi & Clariffimi ut prolixè exequimini, *Omnium ordinum Cives Academici* officiofe invitamini, hoc etenim Doctrina ejusdem & Eruditio præclara, in Studiosam quoque Juventutem collata merita efflagitant, & ipsa humanitatis lex præcipit. Vos itaq; sponte vestrâ & lubentiffimè hoc præstituros esse nulli dubitamus. P. P. sub Sigillo U niverfitatis 29. Decembr.

Anno 1652.


Conventus instituetur in Templo D. Jacobi

Horâ 1. pomeridianâ.









the scale towards document

C1 B1 A1 C2 B2 A2 C3 B3 A3 C4 B4 A4 C5 B5 A5 C6 B6 A6 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

Patch Reference numbers on UTT

Image Engineering - Scan Reference Chart TE263 - Serial No. 09A

ges ac Principes sæpè attoniti audivere: Sua-
minentis vim, non secus ac Demosthenici
petum imperij Proceres sæpè sensere. De
non tantum privati, sed & publici partibus,
inis forma, de religionis purioris vindicijs,
ibus rectè instituendis, litium prolixis telis
ad publicam salutem conservandam necessa-
ovellorum nostri ævi, novas Utopias somni-
lut alter Sulpitius, studio, usu, experienciâ, &
sed & archivis actisq; publicis haustâ scientiâ
planè lepore differebat. Deniq; Encomio Lucij
storû disertissimû & oratorû jurisperitissimû
t. Accedebat naturalis cum decenti venustate
ta gravitas, in divino cultu pietas, in homini-
s, in negocijs expediendis dexteritas, in adver-
peris continentia, in fortunæ instabilitate
quâ bonæ conscientiæ scuto munitâ, omnes
umiarum, invidiæ & livoris ictus ac morsus
repulit. Aulicis negocijs gravibusq; causis
& occupatissimus fuerit, semper tamen
in respexit, ejus ut quondam alumnus, ita
as defensor, imò & excultor perpetuus fuit.
oz. viro consultissimo Joanne Albino, pandectarum Pro-
bente, eidem in officio susceptus & in collegium Juridici
us fuerit; præstitit se quoq; in hac vitæ statione fidum
siones crebræ, publicæ curæ & molestiæ, eum aulicos &
iri & Labeonis Jcti exemplo annum quasi cum labori-
quibus tamen cum sensim nimis irretiri & aulæ astringi
caria viri consultissimi Christiani Obmichij J. D. exitij,
demicum sibi creditam, luculenter fœneravit. Virtuti-
n adversus affectuum motus, & adversitatum impetus
mavit, seq; invictum reddidit: ast à morbis corporis se-
otius quò animo fortior, eò semper fait corpore debiliore:
um in itinere quodam officij ratione suscepto, correptus
ti initio typum tertianæ simplicis gessit, ita non multò
sentavit, & in ædis inducijs indultis, majori paulò post
ruans, incrementum sumpsit, in quartanam degenerans,
Accesserunt lienis & mesaræi obstructiones, & quart-
ples scorbutus, perennis itidem à capite ad fauces & pul-
alcens indelinens tussis, cujus vehementia, venula pul-
monum